



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 72. Facultatis doctrina huic articulo opposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sec. XVIII.
A. C. 1722.

§. LXXII.

*Facultatis doctrina contra hunc
articulum.*

His erroribus Facultas hanc opposit
doctrinam.

I. „Postquam ambo Professores de
„stinctissime docuerunt atque inculca
„runt, gratiam, quam præmotionem phy
„sicam specialem appellant, sitam esse
„in actu vitali delectationis indelib
„ratae, prævenientis, superantis delecta
„tionem oppositam & determinanti
„infallibiliter ad actum deliberatum
„in decursu, eodem profus modo lo
„quuntur de concupiscentia, seu dele
„ctatione terrena superante cælestem
„determinante infallibiliter ad actum
„malum, ambas delectationes ut inter
„se luctantes exhibent, & illi, quæ
„terram superaverit, victoriam seu actum
„completum tribuunt:

„Juxta D. Lengrand, si in justo
„geatur concupiscentia, tunc gratia illi data
„urgente præcepto non est idonea ad vincen
„dam tentationem: quod Corozaitæ non fu
„rint conversi, est, quia majorem habebat
„concupiscentiam, quam Tyrii. Gratia ex
„tanti sæpe resistitur propter dominantem
„concupiscentiam, consensus sequitur infal
„biliter sensum & mens abripitur. Si

fit alia impressio opposita fortior, in lucta Sæc. XVIII.
 quam in Nobis in carnem & spiritum ex- A. C. 1722.
 per mur: hoc sequitur anima quod magis de-
 lectat. Delectatio terrena facilius superat
 delectationem cœlestem, nisi Deus velit eam
 augere.

„Juxta Dominum Marechal, si ju-
 „stus careat motione physica ad obier-
 „vationem Mandatorum Dei, hoc ori-
 „tur, quia non reprimat concupiscen-
 „tiam, si justus in peccatum labatur, id
 „oritur ex ejus culpa v. g. amore terre-
 „norum, motio actualis inferior suum
 „ultimum non consequitur effectum
 „propter resistantiam Concupiscentiæ:
 „præter gratiam sufficientem, requiri-
 „tur ad vincendam concupiscentiam
 „alia motio, & motio sufficiens tunc
 „est tantum sufficiens Theologicæ &
 „Thomistice. Ne autem supersit ali-
 „qua obscuritas aut æquivocatio in
 „dictis præcedentibus, hanc quæstio-
 „nem sibi proponit D. Marechal. A
 „quo ergo determinabitur homo ad ma-
 „lum agendum? Et nitide respondet,
 „a propria Concupiscentia, quæ mora-
 „liter excitat hominem ad peccatum.
 „Addit insuper, delectationem victri-
 „cem supponere impotentiam ex parte
 „concupiscentiæ, & tandem concludit
 „hoc argumento: sit v. g. concupiscen-
 „tia ad quatuor gradus, & motio Dei
 „ad

Sæc. XVIII. „ad duos duntaxat, cum illa motus
 A. C. 1722. „creatura non potest resistere concu-
 „piscentiæ. Cui argumento futiliter
 „respondet: tunc homo non potest
 „concupiscentiæ resistere potentia con-
 „sequente, licet poterit potentia ante-
 „cedente & possibilitatis. Quod autem
 „illa impotentia sit revera antecedens
 „patet, tum quia illa oritur ex pondus
 „delectationis oppositam superantis
 „determinantis infallibiliter ad manum
 „tum quia etiam Jansenius impotentiam
 „tiam ex quacunque delectatione altera
 „ram superante natam appellat concupiscentiam
 „quentem, & voluntariam, relicta
 „qua potentia antecedente ad oppositam
 „tum, tum quia evidens est, ubi concupiscentia
 „currunt delectatio terrena ut Quatuordecim
 „& delectatio cælestis ut duo, delectationem
 „tionem minorem non magis sufficiens
 „ad sistendam alteram, quam potentia
 „ut duo sufficiat ad attollendum pondus
 „dus ut quatuor, tum denique, quæ
 „ex dicendis luce meridiana clarescit
 „evadet, gratiam excitantem & efficiens
 „cem a Jansenio & DD. Lengrandi
 „Marechal in certis circumstantiis
 „agnitam, non magis esse sufficientem
 „apud discipulos, quam apud Magistram
 „strum, eosque in re valde seriose
 „dogmatica ineptire, verbis ludere
 „lectoribus incautis imponere & auferre
 „quidem

„quissimo ac perpetuo Novatorum more Sæc. XVIII.
 „sibi per insignem fraudem contradi- A. C. 1722.
 „cere, ut scilicet effugio semper pa-
 „teat locus. „

II. „Dominis Lengrand & Marechal
 „non est satis, delectationibus indeli-
 „beratis tribuere modum determinandi
 „infallibiliter, sed & illis applicant il-
 „lud Augustini perperam intellectum
 „ex Commentario in Epistolam ad Ga-
 „latas, quod amplius Nos delectat,
 „secundum illud operemur necesse est.
 „Non est mirum, quod hunc textum
 „non prætermiserint, cum Jansenius
 „optaret, illum scribi characteribus au-
 „reis, vide supra textum Paralleli,
 „Num. 15

„Hoc si præcedentibus adjunxeris,
 „luculentissime ac completissime pro-
 „batum erit, memoratos Professores
 „tradidisse systema duarum delectatio-
 „num indeliberatarum, cælestis & ter-
 „renæ, quarum altera alteram supe-
 „rans, necessitat ad agendum vel bo-
 „num vel malum. „

III. „Opponent forsan Professores
 „se textum Commentarii ad Galatas
 „sic interpretatos esse, ut inducat qui-
 „dem necessitatem consequentiæ ac in-
 „fallibilitatis, non vero necessitatem
 „absolutam & consequentis. „

Sæc. XVIII.

A.C. 1722.

„Respondetur illos in hoc confes-
 „tore Paschasio Quesnello, quo nem-
 „unquam hæresi Jansenianæ fuit ab-
 „dictior. Audiamus eum in libro Gal-
 „lico, cui titulus la paix de Clemens IX.
 „ubi pag 50. sic habet: vocabulum
 „Necessitas, solitarie consideratum, in
 „sensu proprio & naturali accipitur pro
 „necessitate absoluta libertati contraria
 „sed ei addendo infallibilitatis, ejus sen-
 „sus determinatur ac restringitur ad
 „speciem Necessitatis, quæ non est ab-
 „soluta sed ex suppositione & condi-
 „tionata. Hæc igitur verba: infalli-
 „bilitatis, consequentiæ, consequentia
 „voluntaria addito vocabulo: Necessi-
 „tatis, ab iis, qui specialibus
 „propriis Jansenii principiis adhe-
 „rent, sunt dolosa, & in eo
 „duntaxat adhibentur, ut aliquatenus
 „tegatur odiosa, & vera necessitas
 „Jansenio admiffa. R. 2. Nec Jansenius
 „nium nec Calvinum, nec Lutherum
 „nec ipsos Manichæos admiffisse
 „hoc statu omnimodam, absolutam,
 „talem ac immutabilem consequentiam
 „necessitatem: omnes experientia con-
 „victi fuere, voluntatem in hoc statu
 „obnoxiam esse variis agendi modis
 „sic ut necessitet nunc circa objectum
 „avaritiæ, nunc circa objectum super-
 „biæ &c. vera ergo necessitas

„potest cum necessitate infallibilitatis **Sæc. XVIII.**
 „& consequentiæ, exclusa Necessitate **A. C. 1722.**
 „absoluta.,

„Neque juvare potest Dominum
 „Lengrand, quod supra, n. i. dicat de-
 „lectationem cælestem terrena superio-
 „rem nullam imponere necessitatem
 „voluntati: nam certum est ipsum sicut
 „& Jansenium ac Dominum Marechal
 „admittere sub quacunque delectatione
 „alteram superante, necessitatem, quam
 „appellant consequentem, voluntariam,
 „infallibilitatis & consequentiæ, cum
 „igitur ait, nullam imponi necessita-
 „tem, intelligendus est de necessitate
 „quæ sit inimica libertati, quæ sit a-
 „gentibus naturalibus propria, aut
 „quæ sit immutabilis. At Jansenius
 „sexcenties protestatus est, se etiam
 „talem necessitatem rejicere: concluden-
 „dum igitur, esse quamdam speciem
 „necessitatis, quæ a Novatoribus di-
 „citur necessitas consequens, volunta-
 „ria, infallibilitatis, ac consequentiæ,
 „& quæ revera inimica est libertati,
 „non quidem libertati a coactione,
 „quam Jansenius appellat essentialem
 „& generalem, sed libertati a necessi-
 „tate, seu libertati indifferentiæ, de qua
 „Jansenius lib. 6. de gratia Salvatoris.
 „Capite octavo, quamvis, inquit verissi-
 „mum sit, voluntatem sub gratia Dei ab
 „agendo posse cessare, sicut & in Adamo,

Sæc. XVIII, & Angelis sine ulla dubitatione
 A. C. 1722 „fare potuit: hoc tamen ut dixi, vere
 „libertati voluntatis humanæ, juxta
 „Augustinum, per accidens conjun-
 „ctum est. Hanc libertatem varii Jan-
 „nistæ recentiores in Belgio *accidentium*
 „nominant, illamque parvi faciunt &
 „undequaue extenuant solliciti servare
 „præsertim illam libertatis ideam, se-
 „cundum quam dicitur *facultas electiva*
 „actuum humanorum *Domina seu potestas*
 „vivendi, ut volumus. Vi cujus homo
 „facit aliquid si vult, si non vult
 „non facit, rejecta autem saltem tra-
 „dita definitione communissima liber-
 „tatis, quæ est, *potestas agendi & non*
 „agendi *positis omnibus ad agendum præ-*
 „quisitis. Addunt nihilominus, faci-
 „tatem electivam, quatenus in hoc
 „statu est meriti & demeriti fundativa
 „exigere aliquam indifferentiam con-
 „tradictionis saltem, ideoque sub quavis
 „delectatione alteram superante agno-
 „scunt potentiam ad oppositum, quam
 „identidem politice, seu potius fra-
 „dulenter vocant, *proximam, completam*
 „*promptam, expeditissimam* subintelle-
 „ctum aliqua particula alienante, quamvis
 „revera nexu & vinculo delectationis
 „majoris sit in his circumstantiis in-
 „dissolubiliter constricta & ligata, im-
 „pedita, affixa, abrepta, præcipitata
 „& servituti addicta, donec delectatio
 „opere

„opposita major supervenerit, quæ po- Sæc. XVIII.
 „tentiam priori vinculo expeditam in A. C. 1722.
 „alteram servitutem præcipitet. Ita
 „que fatendum est, delectationem su-
 „perioiorem, juxta primarios Collegii
 „Regii Professores non inducere ne-
 „cessitatem coactionis, neque necessita-
 „tem absolutam determinationis, ve-
 „rum illa delectatio, fatentibus ipsis
 „Professoribus inducit necessitatem
 „quam ipsimet, Jansenio suggerente,
 „appellant *voluntariam & consequentem*,
 „quæ proculdubio est etiam necessitas,
 „*infallibilitatis & consequentiæ*. Quis au-
 „tem non videat, hanc necessitatem
 „esse *antecedentem & sensu Catholico-*
 „rum *involuntariam*, cum fundetur in
 „pondere & excessu delectationis ante-
 „cedentis, quæ non est in nostra pote-
 „state, & quæ non potest esse instru-
 „mentum Dei applicantis ad agendum,
 „& perficientis libertatem eo modo, quo
 „sentit Schola Thomistica, secundum
 „quam Deus determinat quidem ad
 „agendum concursu prævio, physico,
 „& mirabili, non autem pondere &
 „excessu alicujus delectationis, sicut fit
 „in bilance. Quod sane clarissimum
 „est in delectatione terrena oppositam
 „superante, quæ cum sit mala, non
 „potest esse instrumentum Dei causan-
 „tis modum libertatis in actione pec-
 „canti-

Y 5

„canti-

Sæc. XVIII. „caminosa. Ex quo formari potest hoc
A. C. 1722. „argumentum in favorem Scholæ Tho-

„mistarum: *Delectatio terrena, cum non sit instrumentum Dei, non potest magis causare libertatem suo pondere, seu excessu graduum, quam summa auri præponderans possit eam causare in bilance atque delectatio cælestis* Et terrena habent eodem modum determinationis juxta suos assertores: ergo nec delectatio cælestis terrena superans potest eam causare, quod Deus mirabili ac ineffabili potestate operatur in cordibus nostris actiones bonas et liberas, Augustinianum est, quod voluntate Dei efficacissima, ea fiant, quæ vult, Et eo modo quo fieri vult, contingit aut necessario, Thomisticum est. Quod autem Deus actiones liberas producat, pondere, seu excessu graduum atque delectationis alteram compescens, novum est, Jansenianum est, & contra manifesta rationis principia. Modus, quo Deus in Nobis libertatem causat, mysterio non vacat, nec immerito dicitur esse supra rationem. Quis igitur succenseat Theologis, hunc effectum in mirabilem Dei potestatem refundentibus? modus autem causandæ libertatis majori pondere delectationis tam perimit libertatem, quam modus tuendi æquilibrium bilancis inæquali pondere destruit æquilibrium.

„librium

„librium, ergo modus ille rejiciendus Sæc. XVIII.
 „est ut hæreticus. Major igitur delecta- A. C. 1722.
 „tio non habet se respectu Libertatis
 „sicut prædeterminatio physica: &
 „quamvis non tollat potestatem fa-
 „ciendi oppositum, *si voluerit*, ut lo-
 „quitur D. Marechal & consentit D.
 „Lengrand, neque potentiam phy-
 „cam, seu mutabilitatem potentiæ
 „activæ determinabilis pondere alte-
 „rius delectationis, tollit tamen veram
 „& genuinam liberi arbitrii potentiam,
 „de qua S. Thom. 1. p. q. 82. a. 2. ubi
 „postquam in corpore dixit, *liberum*
 „*arbitrium indifferenter se habet ad bene eli-*
 „*gendum vel male*, ad secundum ait: *di-*
 „*cendum quod Facultas nominat quandoque*
 „*potestatem expeditam ad operandum: & sic*
 „*Facultas ponitur in definitione liberi ar-*
 „*bitrii*. Ex quibus lucet, necessitatem
 „Jansenianam a Professoribus Regii Col-
 „legii admissam, esse mediam inter ne-
 „cessitatem coactionis, & necessitatem
 „absolutam determinationis: sub qua
 „necessitate Janseniana remanet qui-
 „dem potentia ad oppositum ligata,
 „impedita, constricta vinculo delecta-
 „tionis majoris, non vero potentia ex-
 „pedita, nec proinde potentia proxima,
 „prompta & completa. Ad hoc sedulo
 „advertat Lector, ne ambiguis Janse-
 „nitarum locutionibus circumvenia-
 „tur:

Sæc. XVIII. „tur: sciat Jansenistis in omni quæstio-
 A. C. 1722. „ne de gratia, ubi a Catholicis diffi-
 „dent, semper adesse locutiones appe-
 „reter contradictorias, quibus, salva
 „perverſi systematis ſubſtantia, pro re-
 „tione circumſtantiarum utantur, vel ut
 „Catholicos ſeducant, vel ut difficulta-
 „tibus ſe expediant, vel ut periculis
 „quandoque imminentibus ſe ſub-
 „ducant. „

§. LXXIII.

ARTICULUS IV.

Juxta Doctorem Marechal infirmitas hujus status non ſe tenet, ex parte potentie antecedentis. Et Facultatis cenſura.

Hanc in rem Facultas quamplurimas propositiones ex utriusque Doctoris aliorumque ſcriptis fuſius reſert, quam eas integre adducere, inſtituti noſtri ratio permittit, quæ tamen mentis horum Doctorum, & Facultatis deſuper fuerit, patebit ex ejuſdem cenſura, cujus tenor eſt ſequens :

Obſervandum I. hos Doctores agere de libertate, qua homo gaudet ſub gratia Salvatoris, & Concupiſcentia, adeoque de illa, ſub qua homo meretur, & demeretur.